Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in ut eet in auditoribus. eo sane pacto ut & ego sim ipsi qui in ipsa karitate omnes ei auditores sumus. qui uni nobis in celo magister est. Ergo animum intendite ad psalmum. quem in ordine sicut nostis tractandum habemus. Et enim ipse pnotat canticum graduum. & aliquanto certius sub eodem titulo plyciorum. Non gratia unimorum in ubi necessitas coegerit. ut totum si dis permiserit explicare possimus. Quia & uos in tanquam rudes omnia debetis audire. aliquod & de pretitus auditionibus adiuuare nos debetis. ne omnia tanquam noua a nobis dici necesse sit. Et noui quidem esse debemus. qui uetustas nobis obrepere non debet. Et & crescendum & proficiendum est. De ipso quippe profectu ait apls. Et si exterior homo nr corrumpitur. Et interior renouatur de die in die. Non sic proficiam ut ex nobis ueteres efficiamur. Et ipsa nouitas crescat. Canticum Gradus.

Memento domine dauid. & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino. uotum uouit deo iacob. Dauid secundum fidem rerum gestarum uir homo erat. rex israel filius iesse. Erat quidem & ipse mansuetus. sicut eum indicat atque commemorat scriptura diuina. & ita mansuetus ut nec persecutori saulu malum pro malo reddiderit. Seruauit autem erga eum tanta humilitate. ut illum regem fateretur. se autem canem. & non pertimuit nec superbe cum eet in domo potentior respondebat regi. Et eum placare poterat affectabat humilitate. quam concertare superbia. Etiam in potestate datum est ei saul & hoc a domino domino. ut ei faceret quod uellet. Sed quia preceptum illi non erat ut occideret. Et tamen in potestate datum illi erat. licet autem hominum uti potestate sua. ad lenitatem poterat deflexit. quod ei dis concessit. Quid si uellet occidere. careret inimico. Sed quomodo diceret. dimitte mihi debita. sicut & ego dimitto debitoribus meis? Inspeluncam intrauit saul ubi erat dauid. nescienti quod illic eet dauid. Ad necessaria uenerisin trauit ille. surrexit dauid sensim. & lente per ipsum pecidit illi de uestimento panniculum. quem illi ostenderet. ut nosset quia illum habebat in potestate. & in necessitate. Et uoluntate pepercerat. & noluit occidere. Forte ipsam mansuetudinem commendauit in dicens.

Memento domine dauid. & omnis mansuetudinis eius. Hoc secundum rerum gestarum fidem. quam scriptura diuina ut diximus continet. Sed solemus in psalmis non ad litteram adtendere sicut in omni prophetia. Et per litteram scrutari mysteria. & meminit karitas uera quia cum data hominis uocem in omnibus; psalmis solemus audire. quia uni hi caput & corpus. Caput autem in celo est. corpus in terra. Sed quo pcessit caput. & corpus secuturum est. Et ita non dico qs caput sit quam corpus sunt. quam scientib; loquor. Commendat igitur humilitas dauid. commendat mansuetudo dauid. & dis deo. Memento domine dauid. & omnis mansuetudinis eius. Ad quam rem memento domine dauid? Sicut iurauit domino. uotum uouit deo iacob. Ergo ad hoc memento. ut impleat quod promisit. Ipse dauid